libera indefectibilia manent. Quod magis seq^r
Solutione declaratur.

Ad tertiam instantiam Respondet.

Distinguo maiorem: Si actus sit defectibilis entitatiue
concedo maiorem, si tantum denominatiue; nego mai-
orem, & concessa minore, nego consequentig. Ad pro-
bationg. Distinguo maiorem: si distinguatur forma-
liter realiter, aut essentialiter per rationg actus liber
à necessario: permitto maiorem: si tantum distinguat^r
quasi accidentaliter, aut modaliter per rationem: nego
maiorem. & Distinguo minorem: actus liber eo distin-
guitur formaliter realiter, aut essentialit^r per rationg
à necessario, quo defectibilis est: transeat: accidentalit^r
aut modaliter per rationem: nego minorem. Et cog.

Ad secundam probationem dico quod libertas, &
necessitas sunt modi essentialiter oppositi permissiue
non vero positivie, hoc est, quod ubi libertas per se est
habitudinis de ordine constitutionis actus, sicut est in
creaturis, ubi libertas est modus afficiens actum per
ordinem ad obiectum specificatiuig, tunc dicit essenti-
alem oppositionem cum necessitate, non vero in Deo
ubi libertas non potest dicere habitudinem ad obiectig
per modum forme specificatiue, sed per modum ef-
fectus. Necessitas autem semper est esse sub impro-
sibilitate non essendi, libertas vero non semper est esse

11
Sub possibilitate non essendi, sed esse sub possibilitate non essendi, aut sub possibilitate non denominandi.

Sed quia haec solutio continet totam doctrinam circa hanc materiam, & universalem pro hac difficultate, & alius operae pretium est illam explicare, & exornare. Scopus, in quem collimat est componere, quod actus liber Dei sit constitutus in esse liberi pro priori à quo ad immutationem, vel futuritionem creaturae, & omnino independenter ab illa, ut veri fiat, haec causalis quia Deus libere vult futurum esse mundi, ille futurus est, & non è converso, quia mundus futurus est, Deus libere vult mundum esse futurum, quod si Valens percipere Quaequius, fatetur se non posse vitare circulum, Item componere intendimus, quod actus liber non solum ut necessarius, sed ut liber quoad omnia intrinseca constitutiva sit omnino indefectibilis, quoad entitatem, & quod sit intrinsece denominatiue defectibilis, hoc est quod possit deficere denominatio intrinseca libere Volentis, non solum prout denominatio dicit actum intellectus denominantem, sed prout dicit fundamentum denominationis, non quidem absolute sumptum, sicut est terminatio intrinseca activa Dei sola, sed ut fundat, hoc est, ut haec terminatio causalis dicit, connotatiue creaturam immutatam, siue, ut factam dependentem ab ea terminatione activa. Intendimus quoque componere quod ad huc defectibilitas huius fundamenti, ut fundati illam denominationem non dependet in aliquo genere causa à creatura, vel ab aliquo extra Deum; nihilominus requiritur connexiue, aut connotatiue creatura, tanquam conditio, ut conveniat defectibilitas praedicto fundamento denominationis, ut fundanti, quo fit, ut libertas actus

actus Divini sit ratio à priori futuritionis, & defuturitionis rerum, sine eo quod hæc ratio à priori sit entitativè defectibilis, quod verum esse debet, nam ratio formalis constitutiva Dei in esse facientis dependere à se priori creaturam est perfectio intrinseca, & fecunditas summa causæ infinite. Erat tamen defectibilis actus, ut liber quoad denominationem tantum, ut dictum est. Quare libertas actus in hoc differt, & convenit cum defectibilitate illius; quod libertas non dependet, & defectibilitas non dependet à creatura, tanquam à causa, vel ratione à priori, & in hoc conveniunt, differunt tamen quod libertas, nec requirit, ut existat in Deo, quod detur, vel non detur futuritis, aut immutatio creaturæ, eam tamen, ut conditionem consequentem involvit defectibilitas.

Propterea dicendum censeo Quod libertas actus præscindens à creato, & increato non est constitutivè defectibilis, sed vel constitutivè, vel denominativè, hoc est, vel quod habeat id ratione prædicati constitutivi, vel ex conditione essentialiter connotata, non quidem tanquam à causa, vel ratione à priori, sed tanquam à termino consequuto & modum effectus, & ideo, actus liber non constituitur in esse defectibilis per id ipsum, quo constituitur in esse liberi, loquendo in communi, sed divinitivè, vel per ipsum, vel per aliud connotatum, tanquam effectum; priori modo constituitur actus liber, ubi libertas est terminatio primaria actus ad obiectum specificativum, nam tunc libertas constituit actus per se primo liberum, quia actus constituit per tendentiam aut terminationem primariam ad obiectum, quare excludit ab eo actu necessitas quoad entitatem; sicque libertas affert defectibilitatem ex parte constitutivi, nam affert illam

titulo terminationis primaria ad obiectum specificatum, quod
est constitutum illius actus quoad entitatem; Et autem
notandum obiter discrimen inter necessitatem, & libertatem
actus, quod libertas potest actu etiam creato (Sicut in amore
charitatis Christi) conuenire secundum terminationem secunda-
riam, & sic componi, quod ex constitutiuo, scilicet ex ter-
minatione primaria sit necessarius, Et tunc Et si non sit
defectibilis libertas entitatiue, & constitutiue erit defecti-
bilis denominatiue tantum, quatenus est ex parte voluntatis
illum actum elicientis (quod quid sit ex parte Dei, qui illum
annihilare potest) At vero necessitas non potest conue-
nire actu ex terminatione secundaria, si terminatio prima-
ria fuit libera, consequenter non poterit esse entitatiue
defectibilis, & indefectibilis denominatiue. Et discrimen
est; Nam quod voluntas secundaria attingit est ex redun-
dantia obiecti primarij, & ex subordinatione ad illud, nihil
autem obligat aut necessitat voluntatem ex parte obiecti ad
amandum aliquid cum subordinatione ad obiectum non neces-
sario amandum, & ratio est nam obiecti primarium est mo-
tiuum ad amandum secundarium, & quidem hoc prestat mo-
diò amore sui, unde si ad se non rapuit necessario volun-
tatem, nec id prestat in ordine ad aliud amandum pter
se. potest tamen ad sui amorem necessitare, & mouere
ad amorem liberum alterius propter se, quando illud non
est necessarium sua bonitati. Porro libertas actus
dum conuenit ratione terminationis ad obiectum secun-
darium non affect constitutiue sed denominatiue defecti-
bilitatem, nam constitutum ad aequatum talis libertatis,
& terminationis secundarie, sine ut propriis loquar ad
obiectum secundarium, est terminatio primaria ad obiectum

Specificativum, nam non datur constitutum illo modo
 distinctum pro terminatione ad obiectum secundarium
 ab eo quod constituit terminationem primariam, vel actum
 quoad hanc primariam terminationem. Cumque in Deo liber-
 tas sit predicatum affixum terminationi ad creaturas, quae
 sunt obiectum secundarium, sequitur quod libertas Divi-
 na constituatur per idem constitutum quo actus necessa-
 rius, aut terminatio primaria. Ex hoc deducitur quod
 distinctio rationis, quae datur inter terminationem neces-
 sariam, et liberam in Decreto non sit essentialis, tan-
 quam inter distincta constituta per distincta constituta,
 sicut datur inter attributa Dei, sed est pure quasi moda-
 lis, aut diversorum munerum eiusdem omnino formae,
 Et adhuc non est distinctio inadeguata essentialis, quia
 non datur constitutiva inadeguata, sicut datur in
 relatione secundum conceptum In, et Ad, et in Veritate
 secundum conceptum essentiae, et naturae, Unde minor
 est istis, et solum est distinctio rationis quasi modalis,
 inter modum et rem, nam sicut modus non tam est
 essentia, aut quidditas, quam affectio quidditatis, et sic
 non auget numerum quidditatum cum re, quam modificat,
 sicut existentia in Sententia Thomistarum, qui eam dis-
 tinguit modaliter ab essentia, non tam est essentia, quae
 essentia determinatio, et sic reducitur ad speciem essentiae,
 ita terminatio divina ad obiectum secundarium, non tam con-
 cipitur ut actus divinus, quam ut actus divini modificatio,
 et sic distinguuntur per rationem (licet sic loqui) mo-
 daliter. Unde colligitur quod defectibilitas deno-
 minativa, quae convenit actui libero divino, ut tali non

31
provenit à constitutivo, sed illam habet à se per inde-
pendentiam à creatura, sed à creatura pure, ut conditio-
ne connotata, & consequente per modum effectus

Sed contra oppones: hæc est vera causalis: quia
deficit volitio libera de existentia alterius mundi à ter-
mundus non est futurus. ¶ defectus decreti inferre à priori
defectum futuritionis creaturæ. ¶ defectibilitas decreti, &
non sola libertas constituitur per constitutivum ut præcedit
causaliter immutationem creaturæ, aut eius passivam de-
pendentiam. probo hanc consequentiam nam si defectibilitas con-
stituta præcedit, debet præcedere constitutivum. Consequens ¶
per idem formaliter constituetur actus in esse liberi, & in
esse defectibilis, nam quod præcedit prioritate causæ defe-
dentiam passivam, aut immutationem creaturæ, constituit ac-
tum narium. Respondet distinguo ans: est vera cau-
salis, cadente by quia supra id quod deficit, tanquam su-
pra causam, nego, cadente supra id quod non deficit, tan-
quam supra causam, & supra id quod deficit, tanquam
supra conditionem, ut deficiat denominatiue volitio libe-
ra de existentia mundi: concedo ans. & distinguo consequens
eodem modo. ¶ defectus decreti pro eo quod entitatiue de-
ficit nego, pro eo quod entitatiue non deficit, sed tantum
denominatiue concedo. & nego ultimam consequentiam cum enim
entitas, & perfectio decreti sit, quæ fundat prioritatem
causæ, ratio à priori tam futuritionis, quam defuturitionis
rerum ab ea sumitur, ad eandem enim causam pertinet
ponere existentiam rei, & eam removere exclusiue. Quare
tam causa futuritionis, quam defuturitionis est volitio
necessaria Dei, quæ intrinsece & entitatiue est volitio,
& volitio, ut volitio enim solum importat diuersum con-

connotatum. quare Volitio nunquam deficit esse volitio, per nolitionem, sed tantum deficit esse denominatiue Volitio per esse denominatiue nolitionem, hoc est, no deficit Volitio, aut nolitio quoad entitatem, & sic volitio entitatiue sumpta non habet possibilitatem sui contradictorij entitatiui; sed solum deficit Volitio denominatiue sumpta per contradictorium formale quod est nolitio denominatiue accepta, Ex quo dum Volitio libera alterij mundi duntaxat deficiat formaliter, quia data ultra nolitionem quoad entitatem nolitio denominatiue accepta, & nolitio denominatiue accepta ultra entitatem, quae est causa, & quae deficere non potest dicat rationem fundandi denominationem nolentis, quae non solum est entitas nolitionis, sed etiam connotatur creaturae immutatio, & defectus alterius mundi, fit, ut ratio à priori defectus alterius mundi sit id quod non deficit, sed ut impartat per modum conditionis defectum denominationis, quae sola deficere potest, cumque denominatio haec, ut distinguitur ab entitate non sit causa, non requiritur quod defectibilitas actus liberi constituatur per id ipsum constitutum, quo constituitur liber, & consequenter non requiritur quod constituatur per constitutum dicens prioritatem causae vel defectus, aut defectuositatis mundi, & denique non requiritur quod decretum sit defectibile ad huc denominationem pro priori à quo, sed pro eodem signo rationis in quo intelliguntur, & entitas actus, & immutatio creaturae, illa pro priori à quo, & haec pro posteriori à quo, defectibilitas vero comitanter.

Replicabis: Actus liber, ut liber per ali-

aliquid constitutum defectibilis denominatiue. *g.* per aliquid
importatum in denominatione liberi volentis existentis
mundi. Hæc clara sunt. At denominatio liberi volentis
mundum nihil aliud importat quam terminationem causalem
entitatiue necessariam, & immutationem passiuam mundi.
g. constituitur defectibilis vel per terminationem necessariam,
vel per immutationem mundi, vel per utrumq. simul. etiam
Hæc sunt manifesta. Tunc sic: non per terminationem ne-
cessariam tantum, ut constat, & fatemur; non per immuta-
tionem mundi solam, nam sic esset ratio formalis, & non
tantum conditio per modum effectus, cui Deficeret in Deo de-
cretum secundi mundi, quod negamus; Non utrumq. simul
Iam, quia iam immutatio creaturae esset ad minus constitu-
tium inadæquatum, & non pura conditio, & hoc sufficeret,
ut circulus *Quæ* qui inuincibilis esset; nam à defectu cons-
titutiui inadæquati rei arguitur bene à priori in genere
causæ formalis defectus rei, & sic argueretur optimè,
quia deficit immutatio, siue futuritio secundi mundi de-
ficit decretum liberum de secundo mundo. Et etiam: quia
deficit decretum deficit futurum esse mundum. Iam quia
si utrumq. constituit defectibilitatem, utrumque esset formali-
ter defectibile. Ex quocunque enim aliquid habet formalit.
quod deficere possit, illud est defectibile; sicut binarium ho-
minum est magis syncategorematicè defectibile, quam equus
sit corruptibilis, quia illud binarium habet quod deficere pos-
sit ex parte utriusque extremi, nam deficere potest deficient-
te Petro, aut deficiente Paulo, & deficiente utroq. quia
uterque constituit defectibile illud binarium. Equus vero, qui
ex sola forma est corruptibilis, corrumpi non potest utraq.
parte corrupta, non enim potest corrumpi materia. Un-
de si utrumque illam denominationem constituit defectibi-
lem ab utroq. habebit formalitè deficere posse, & conseq.

15
151

quodlibet sigillatim deficere potest. Iam denique, ne
denominatio illa non potest formaliter reddi defectibilis,
nisi duntaxat per illud quo formaliter deficit, quando de-
ficit sed formaliter tantum deficit per negationem immu-
tationis creaturae, non per negationem terminationis cau-
salis entitativae sumptae. q^o non constituitur denominatio
defectibilis formaliter, per utrumq^{ue} simul; & conseq^{ue} per
nihil. Aut dicendum constitui per terminationem intrinsecq^{ue}
activam, & ecce sententia factitari, aut per immutatio-
nem passivam creaturae, & ecce Varii sententia.

Respondet. Denominationem libere volen-
tis mundi existentiam esse defectibilem logice per
possibilitatem denominationis contradictoriae, sicut defectus ac-
tualis constituitur per esse contradictoriae denominationis,
Sed quia ad hoc quaeritur constitutivum illius defectibilitatis,
dicimus quod si quaeratur constitutivum formale illius non op-
portet aliud assignare, quam eius definitionem, vel quasi de-
finitionem, haec autem est eam denominationem taliter
dari, ut si non daretur sine contradictione non daretur q^o
non est aliud quam eius contradictorium esse possibile,
nec aliud est constitutivum defectibilitatis alicuius, quam pos-
sibilitas sui non esse, Si vero quaeratur quid est quod
formaliter deficit in illa denominatione, dicimus quod tota
illa denominatio formaliter deficit, quannvis una pars sci-
licet terminatio activa nec deficiat, nec deficere possit; sicut
si dicas per quid constituitur formaliter defectibilitas hominis?
ad aequate respondeo tibi dicendo per possibilitatem sui con-
tradictorii, vel per taliter existere, ut si non existeret
sine contradictione foret. Si vero dicas. quid est quod
formaliter deficit in homine. Respondebo totus homo

Perge tamen: Ex cuius partis in se ipsa defectu deficit
totus Somo? Respondebo: ex defectu unionis partium. Por-
rò si pariter inquiras ex cuius partis in se ipsa defectu de-
ficit illa denominatio? Respondebo: ex defectu immutati-
onis creaturae, siue illius futuritionis. Quin liceat inferre: &
constitutivus formale defectibilitatis est futuritio. Licet eni
inferat; futuritio est quae potest deficere, & quae formalitè
deficit, non est quae formalitè constitutivè est defectibilis
denominatio. Sicut & si verum sit quod denominatio uni-
onis materiae, & forma est defectibilis deficiente actione
agentis, ut quod, non tamen redditur constitutivè defecti-
bilis unionis denominatio per actionem agentis, & ratio
est nam defectibilitas unionis denominativè est prædi-
catum essentiale illius, & cum actio agentis nullatenus
ingredietur constitutivè, sed tantum connotativè, eam de-
nominativè, nequit constituere aliquod prædicatum es-
sentiale denominationis, implicat enim aliquam formalit-
tatem constituere prædicatum essentiale alicuius tertii,
& non constituere illud tertium. Quare sicut unio deno-
minativè accepta dicit in recto per modum constitutivi
denominativè entitates materiae, & formae, ut stant sub
connotatione actionis agentis in obliquo importatè, &
propterea constitutivè defectibilitatis unionis denomi-
nativè acceptae sunt ipsae entitates materiae, & formae, ut con-
notantes actionem; ita Terminatio activa Dei ut conno-
tat immutationem creaturae est constitutivè & denomi-
nativè liberè volentis, & defectibilitatis illius. Ex quo
deducitur, quod defectibilitas creaturae, non sit ratio à pri-
ori nec per modum causae formalis defectibilitatis deno-
minativè liberè volentis; Et hoc amplius corroborat

Nam denominatio liberè Volentis mundum ex dupli-
 ci quasi radice trahit defectibilitatem logicam, primò ex
 summa independentia terminationis altius Dei, quæ, ut
 sit in ultima actualitate, & exercitio immutandi, prout
 hoc dicit perfectionem entitativam, non indiget connotare
 exercitam mutationem ex parte creaturæ; secundo ex
 parte Limitationis creaturæ, quæ non necessario, sed con-
 tingenter exit de pura possibilitate ad existentiam, &
 ad statum determinationis ad existendum. Primum
 est radix aut ratio desumpta ex parte causæ sub mu-
 nere causæ, immutare enim cum independentia id sonat,
 Secundus titulus desumitur ex parte effectus, & per mo-
 dum effectus. Unde defectibilitas illius denominatio-
 nis provenit à terminatione necessaria per modum cau-
 sæ, & à creatura per modum effectus, ex quo etiam
 componitur, & facilius quam supra, quod nullo modo
 sit ratio à priori Suius defectibilitatis immutatio cre-
 aturæ, sed præcursivè terminatio inherens licet sem-
 per, ut connotat per modum effectus creaturæ immuta-
 tionem.

Vel aliter potest responderi, dicendo q.
 denominatio liberè Volentis mundum constituitur de-
 fectibilis per connotatam immutationis creaturæ, admit-
 tendo etiam quod creatura constitutiivè ingrediatur præ-
 dictam denominationem, neq. hoc opponitur conclusioni,
 nam ex quo constitutiivè ingrediatur denominationis,
 non sequitur quod ingrediatur constitutiivè actum libe-
 rum, ut liberum; potest enim aliqua forma dare deno-
 minationem aliquam secundariam, quæ constituitur
 & per formam, & per connotatum, quod sit connota-

connotatum pure respectu formæ sumptæ entitatiuæ,
Et tamen inagrediatur cum forma constitutiue deno-
minationem, Et ratio huius est; Nam potest for-
ma præbere aliquam denominationem secundariæ ad
quam non sufficiat entitas formæ sumptæ entitatiuæ, sed
requiratur forma, ut reduplicans aliquem statum, qui
licet sit accidentalis entitati formæ, sit essentialis,
non solum, ut conditio, sed ut constitutiuum formæ
in esse denominantis, aut se communicantis deno-
mantiuæ, Vg.^o Gratia habitualis se communicat ra-
tione entitati per modum gratæ facientis, sed ut
præbeat denominationem filii adoptiui non sufficit
entitas græ absolute sumptæ, sed ut reduplicans con-
notationem ad carentiam unionis hypostaticæ in
subiecto, connotatio autem talis carentiæ, constituit
ad æquate per subiectum connotans, Et eam carentiæ
connotatam, nam hæc connotatio in gratia, Et carenti-
a unionis, est vel respectus mutuus transcendentalis
inter utranque identificatus inadæquate cum græ, Et
carentia unionis hypostatica, aut est fundamentum
ad æquatum relationis predicamentalis coexistentiæ,
quorum utrunq; involuit constitutiue Et gratiam, Et
carentiam unionis hypostaticæ, quare dum gratia
requirat essentialiter eam connotationem ut præbeat
denominationem filii adoptiui, Et ea connotatio sit
status græ constitutus formaliter per carentiam unionis
hypostaticæ, sequitur quod nedum græ, sed etig-
næ hæc carentia, quæ tantum est connotatum est in-
secum græ sumptæ entitatiuæ, sit constitutiuum
illius denominationis secundariæ filij adoptiui,

Ita discuti potest in actu libero Dei, quod scilicet existit in Deo ut liber formaliter, & entitativè adæquate constitutus independentè à creatura, ut tamen denominet Deum liberè volentem mundum constituitur in adæquate per creaturam hoc est in esse formæ actu denominantis, nam ad hunc conceptum formæ denominantis ingreditur constitutivè statq; connotationis creatura, qui status est constitutivè & actus Divinus, & creatura, quæ licet comparata cum entitate actus sit extrinseca, & prout terminus, per modum effectus, comparata tamen cum statu connotationis est constitutivum, non formæ, sed connotationis formæ; sicq; constitutivum adæquatam denominationis liberè volentis mundi existentiam erit & entitas formæ siue actus liberi, & creatura.

Dices. q̄ denominatio liberè volentis alterum mundum deficit, quia deficit alter mundus, h̄ quia denotante causalitatem saltem in genere causa formalis, defectus formalis mundi, quo nil amplius videtur voluisse Vasquius.

Respondetur. concedo conseq. Vasquius autem aliter sentire videtur; non enim agnoscit in Deo actum liberum sub formalitate liberi esse intrinsecam Dei perfectionem adæquate, nam constituit libertatem actus entitativè sumptam partim per essentialiam Divinam, partim per extrinsecam productionem, quæ aliquid creatum est; Ut constat ex ipsius Verbis 1. p. disp. 80. cap. 2. num. 9. quæ

quæ sic se habent: Habemus ergo ex omnibus
quæ dicta sunt, Voluntatem liberam Dei, quæ se
vult communicare extra, prout libera est, non
esse in Deo aliquam perfectionem, nam, ut talis
includit respectum rationis ad creaturas futuras.

In hac autem solutione non cogimus nos dicere
quod libertas actus divini non sit intrinseca per-
fectio adæquate entitati, & quoad omnia intrin-
seca constitutiva, nam immutatis creaturæ futuræ,
non ponimus pro constitutivis, neque inadæquato
libertatis quoad entitatem, sed præ constitutam
per illam statum connotationis, in quo debet esse
extrinsece realiter, & intrinsece si vis, per rationem
constituta entitas libertatis, ut conferat denomina-
tionem Libere Volentis mundum; ex quo non
darnus præoritatem adhuc inadæquati constituti-
vi respectu huius constituti Deus libere volens
producere mundum sumpti quoad entitatem formæ,
& constituti per illam entitativè sumpti, in immu-
tatione, aut futuritione creaturæ; sed solum ex
præoritatem admittimus per modum inadæquati confi-
tutivi in prædicta futuritione respectu huius consti-
tuti, actus liber, ut connotans creaturam. Aut ut
huius Deus libere volens existere mundum, ut con-
stitutum, sub modo defectibilis veritatis.

Cuius exemplum adest in unione indistincta
à materia, & forma, cuius adæquatum constitutivum
quoad entitatem. sunt entitas materia, & formæ

connotando signatè actionem agentis per modum
 extrinseci connotati, & conditionis, non vero p[er] modum
 constitutivi entitatis, & realitatis unionis. Unio
 vero sumpta denominatiue est entitas materia,
 & forma non absolute sumpta, sed ut connotante[m]
 actionis agentis exercitam; cum vero hæc connota-
 tio examinatur quid sit constitutiue, non est sola
 entitas materia, & forma, cum adsit, & absit ab illis;
 & idè melius exprimitur hæc connotatio dicendo,
 quod sit status constitutus ex entitatib[us] materia, &
 forma, & ex actione, ut termino. Ex quo deducit[ur]
 quod denominatio intrinseca unitorum deficit for-
 maliter, sola deficiente actione agentis formaliter,
 quia actio agentis est aliquod constitutum licet
 non unionis entitatiue sumpta, unionis tamen prout
 reduplicat rationem forma exercite denominantis
 unita. Quod me iudice nariò dicendum est,
 ut verificetur hæc propositio. Solam actionem for-
 maliter deficere, est formaliter deficere unionem
 denominatiue sumptam, & hoc enim manifestè de-
 ducitur quod actio agentis est formaliter vel adq[ui]te
 vel inadquate ipsa unio denominatiue sumpta,
 licet distinguatur adquate ab illa entitatiue sumpta,
 quæ prout sic, nec adquate, nec inadquate deficit.

Sed contra hanc doctrinam opponet: Primo
 Implicat Deum constitui libere volentem producere
 mundum, per id quod distinguitur à libera vo-

Volitione, q̄. Simpliciter denominari liberè volens
mundum per immutationem, aut dependentiam crea-
turae tanquam per constitutum inadaequatum deno-
minationis. probo consequentiam nam denomina-
tio est constitutio facta à forma denominante.
Et confirmatur nam omnis denominatio est effec-
tus formalis formae. Sed hic effectus formalis
liberè volentis mundum solum habet pro forma
liberam Volitionem. q̄. Solum est volitio consti-
tutum, non vero dependentia mundi, probo eoz
nam idem est constitutum denominationis, &
forma illam praestans.

Distinguo aut: impliciter constitui volens
liberè per id quod distinguitur à Volitione constitu-
tione quasi absoluta. Et in linea entitativa concedo aut:
constitutione fundamentaliter respectiva, & de linea
denominationis nego. aut & conseq. Et ad probationem
dico quod denominatio non est Activa constitutio,
& qualicumque sit, non est facta à forma absolute
sumpta, sed ut connotante aliquid à se realiter dis-
tinctum entitativè distinctione adaequata, denomi-
nativè vero solum inadaequate distinctum.

Ad confirmationem dico quod omnis de-
nominatio primaria est effectus formalis formae
entitativè sumpta, & absolute, denominatio vero
secundaria potest esse effectus formalis formae
non absolute sumpta & in esse entis, sed sumpta
connotativè, & prout reduplicat connotationem ali-

alicuius à se entitativè adæquatè distincti, inad-
 æquatè verò in linea denominandi, quare licet
 constitutivum in linea entitativa illius concreti libere
 Volens existentiam mundi sit vltimo libera sola,
 nihilominus constitutivè adæquatè illius concreti in
 linea denominationis est illa, ut connotans dependet
 passivam creaturæ, quod importat, & dicit ipsam de-
 pendentiam constitutivè.

Sed quæres: quid intelligimus nomi-
 ne constituti in linea entis, & in linea denomina-
 tionis, & cur primam à secunda distinguimus, ut
 assignemus distincta constitutiva? Ut respondeat
 noto quod forma constituens aliquod concretum potest
 duplex concretum, aut quasi duplex constituere si tri-
 buat subiecto duplicem effectum formalem, aut quasi
 duplicem, unum primarium, & alium secundarium.
 primarium effectum tribuit forma ratione propriæ
 entitatis absolute sumptæ, nam primarius effectus
 forma est entitas forma communicata subiecto, &
 ex forma ut sic communicata resultat constitutum
 per formam purè in linea entis, nam fit per entitatem
 forma impermixtam. Secundarium effectum præ-
 bet etiam forma per suam entitatem, sed hic effec-
 tus potest considerari dupliciter aut prout descendit
 secundariò ab eadem entitate forma, ut entitas quæ-
 dam est absolute omnimodo communicata subiecto
 in esse actus, seu actualitatis, & prout sic sub nulla
 formalitate, aut munere actus non explicata in illo

Ab illo Sabita etiam sub expressione essendi in sub-
iecto quoad effectum secundarium pro ea parte qua ef-
fectus secundarius est intrinsicè forma ipsa; aut potest
hic effectus secundarius concipi, prout descendit à forma
ut reduplicatiuè fundante denominationem, aut prædi-
cationem distinctam ab ea, quam fundat ut communi-
cata adæquate, & sub omni expressione etiam secun-
daria, prout dicit formam vel identitatem intrinsecam
cum illa. Et per primum modum forma constituit con-
cretum ad huc in genere entis, & hæc constitutio non
distinguitur à constitutione primaria, quia & vera
non affert in genere entis diuersam constitutionem
forma per expressionem sui secundariè in subiecto, &
per primariam. Per secundam vero effectum for-
malem distinctè constitutionem non distinctam, sed la-
tam, & minus propriam, distinctam tamen deno-
minationis simpliciter talem affert, ob idq; sepa-
rabilem ab entitate forma, & à sua constitutione
in genere entis. Porro actus liber Dei est enti-
tas, & quasi forma intrinseca Dei constituens Deum
in genere entis liberè volentem mundum (Exhibita
constitutione primaria per terminationem ad Deum)
ratione terminationis actus ad creaturas, quæ reue-
ra est expressio illius actus infinite perfecti quasi
secundaria in ordine ad Deum quasi subiectum con-
stitutum per illam necessariò, prout talis terminatio
dicit expressionem eiusdem forma intrinsecam ex
Deum, & quidem hoc modo propriè non constituit
constitutionem in genere entis distinctam à constitutione

quam praebet eadem forma ratione terminationis pri-
 maria ad Deum. Porro haec terminatio alium
 effectum formalem tribuit Deo, non quidem entitativum
 sed denominativum, hoc est constituit Deum ita habentem
 eam terminationem, ut fundet Deus Veritatem
 huius propositionis, Deus libere vult existentiam
 mundi, nam ante hunc effectum formalem, si Deus
 haberet eam terminationem non fundabat veritatem
 illius propositionis, sed veritatem huius tantum. Deus
 habet omnem entitatem, & omnem perfectionem libe-
 ram volitionis existentia mundi. Unde illud ul-
 timum concretum Deus libere volens existentiam m.^{di}
 constituitur per terminationis sumptum in esse connotari
 futuritionem, aut dependentiam passivam creaturae,
 quod est constituere in genere, aut linea denomina-
 tionis, sive in linea fundamenti veritatis propo-
 sitionis contingentis, scilicet: Deus vult libere et

Haec doctrina illustranda venit ge-
 re omnibus exemplis, in quibus admittitur defectus
 constituti, sine defectu formae entitativo. Ut in unione
 materiae, & formae. In unione Verbi cum Humanitate,
 in gratia habituali Christi, non denominante ipsum
 filium adoptivum. In relatione similitudinis albedinis
 A. ad albedinem B. quae identificata cum albedine A.
 intrinsicè, deficiit, deficiente albedine B. et si sit extrin-
 seca entitativè. In veritate propositionis contingentis,
 quae est intrinsicè affirmativa, & tamen deficiit deficiente
 obiecto affirmato, quod est extrinsecum entitativè.
 In specie impressa Dei quae est intrinsicè termina-

intellectus creati, & deficit deficiente Decreto, aut
immutatione passiva intellectus creati extrinseca
entitativè speciei. In productione vel actione Dei
immanente, quæ se ipsa est productio creaturæ,
& tamen deficit deficiente immutatione passiva crea-
turæ actioni immanenti omnino extrinseca entitativè.
In speciebus Angelis representantibus per modum aliquid
Secundi res universi, quæ quando sunt futura, non
representantur ab illis, quia deficit præcisè existen-
tia rerum. Addit Q. Ribas apud Ribadenez
exemplum nri intellectus, qui est intrinsicè per iden-
tatem vis intuitiva obiectorum existentium.
& sola deficiente existentia obiectorum deficit de-
nominatio intrinsicè potentis videre obiecta.
Exemplum quod magis mihi arridet est exemplum
vel Specierum Angelis vel relationis (non illud
de albedinibus, quod procedit in sententia identificatè
relationem cum fundamento) sed relationis pater-
nitatis ad primum, & secundum filium; nam re-
latio paternitatis constituit in genere entitativè Patris
per respectum ad filium danda effectum primarium,
posito vero secundo filio, idem respectus qui suppone-
bat Patrem nudum relatum ad primum, sed habentem
entitatem relationis ad secundum; ut connotans gene-
rationem passivam secundi filii constituit modo deno-
minatio patrem relatum ad secundum, in eo sensu ponit
de homo illo predicari, est Pater secundi filii, & in
hoc præstando, siue in hac denominatione danda
non solum relatio ad primum entitativè sumpta est
constitutivam, sed etiam illa generatio passiva

ingreditur constitutive formaliter denominationem, licet non ingreditur constitutive formam, & ad hoc dicendum conuincor propter hanc difficultatem. Hæc est vera propositio deficiente sola secunda generatione, aut secundo filio. Datus defectus immediatus, & formalis denominationis intrinsicè relati ad secundum filium. 2º defectus formalis & immediatus secunda generationi, aut secundi filii est defectus formalis, & immediatus illius denominationis 3º secundus filius est formaliter, & immediate illa denominatio; sed esse formaliter illam denominationem, est esse formaliter aut illam totam, aut aliquid formaliter se habens respectu illius, 4º secundus filius est constitutivus saltem in adæquatum illius denominationis totaliter sumptæ. Ac per hoc solvantur facilius argumenta quæ militant contra doctrinam communem connotatorum, nec Thomista videntur mihi contrariari, & si enim semper contendant quod defectus formalis forma deficere possit persistentibus omnibus constitutivis, intelligendos esse credo de constitutivis in genere entis, non de constitutivis in linea denominationis, ut explicauimus, & tunc cessat difficultas contrariorum, quæ sine hac intelligentia, videretur mihi insolubilis, nam per hoc componitur quod defectus constituti, sit per defectam constitutiui; nam constitutum quod deficit non est constitutum in genere entitativo, sed in genere fundamenti veritatis illius propositionis, cuius veritas deficit de deficiente connotato, in quo genere deficit constitutivus

Ac per hoc solvantur facilius argumenta quæ militant contra doctrinam communem connotatorum, nec Thomista videntur mihi contrariari, & si enim semper contendant quod defectus formalis forma deficere possit persistentibus omnibus constitutivis, intelligendos esse credo de constitutivis in genere entis, non de constitutivis in linea denominationis, ut explicauimus, & tunc cessat difficultas contrariorum, quæ sine hac intelligentia, videretur mihi insolubilis, nam per hoc componitur quod defectus constituti, sit per defectam constitutiui; nam constitutum quod deficit non est constitutum in genere entitativo, sed in genere fundamenti veritatis illius propositionis, cuius veritas deficit de deficiente connotato, in quo genere deficit constitutivus

quod est connotatum, quod licet sit extrinsecum
in genere entis, pertinet intrinsicè ad fundanda
veritatem propositionis, ut dictum est.

Nihilominus proponam argumentum com-
mune contra nostram conclusionem, quod Ribade-
neyra, ut ipse loquitur, semper verum est demon-
strativum. Sic proponitur ab illo: Effectus forma-
lis Volendi producere creaturas potest deficere quoad
terminationem efficacem ad ipsas. Vel ergo est de-
ficere posse quoad formalitatem Deo intrinsecam iden-
ticiè, vel præcisiè quoad aliquod extrinsecum Deo.
Si primum: formalitas aliqua intrinseca identiciè Deo
erit imperfecta; nam omnis formalitas defectibilis
est imperfecta. Si secundum: Quod extrinsecum non est ad-
equatè extra eam terminatio-
nem, sed intrinsicè inclusum in ipsa, quod probat,
nam nihil potest deficere, deficiente præcisiè, quod
est adæquatè extra ipsum, quia nihil potest defi-
cere, nisi ipsum deficiat, nihilque est extra se ipsum.
At ea terminatio, ut ais, potest deficere deficiente
præcisiè quod est extrinsecum Deo. Quod tale ex-
trinsecum non est adæquatè extra eam terminatio-
nem, sed intrinsicè inclusum in ipsa.

Non nego difficultatem argumenti, sed
demonstrationem non capio. Respondetur di-
tinguendo antecedens, quoad terminationem effi-
caciem ad ipsam creaturam potest deficere decretum
Entitativè: nego: denominativè concedo anti. ☉

Ad interrogacionem, Respondeo quod hoc posse
 deficere non est posse deficere formalitatem intrinsecam,
 nec tantum posse deficere aliquid extrinsecum, sed
 posse deficere aliquam formalitatem intrinsecam de-
 nominatiuam, siue intrinsecam denominationem proue-
 nientem partim a forma intrinseca, partim ab extrin-
 seco in genere entis, intrinseco in linea denomi-
 nationem inadaquate; quare non requiritur, quod
 id quod deficit entitatiue, scilicet connotatum sit in-
 clusum intrinsece in entitate, aut formalitate intrinseca
 Dei inclusione entitativa, sed sufficit quod illa enti-
 tas Diuina in esse fundantis denominationem, & ve-
 ritatem propositionis contingentis: Deus libere vult
mundi existentis involuat illud extrinsecum, ut
 cum illo componat statum coexistentiam utriusq. sub quo
 statu denominat illa entitas intrinsece Dei libere volen-
tem. Ac per hoc ad probationem Respondet. Nihil
 potest deficere deficiente precise quod est aduate ex-
 tra ipsum. Distinguo. entitatiue nihil potest deficere &
 concedo: nihil potest deficere denominatiue per deficere
 precise quod est aduate extra ipsum entitatiue.
 solum nego, quod est aduate extra ipsum tam enti-
 tatiue, quam denominatiue fundamentaliter. concedo.
 Hoc quidem mihi certissimum est, ut dixi, nam nihil
 deficit, ut bene arguens dicit, nisi ipsum deficiat, quare
 dum deficit denominatio intrinseca deficiente solo con-
 notato extrinseco, necessum est dicere, quod illud conno-
 tatum est saltem partialiter denominatio intrinseca,
 subindeq. quod denominatio intrinseca in re in esse fun-

fundamenti denominationis Veritatis illius propo-
sitionis contingenti. Deus libere vult et. imponat consti-
tutiue, & entitatem intrinsecam Dei, & connotatum, no
entitatiue, & absolute sumpta, in quo sensu adaequate
distinguntur, sed denominatione fundamentaliter, in
quo sensu non distinguntur. à adaequate sed inadaequate,
ut partes eiusdem fundamenti denominationis, illud
enim adaequate sumptum est entitas Diuina, ut connotat
dependentiam passiuam creaturae, & hoc ut connotata,
ab entitate Diuina, in qua ratione connotandi non exprimitur.
genus entitatiuum, sed fundamentale praedicationis, &
denominationis contingenti, & desectibili; Cuius praefi-
sionis non incongruum exemplum adest in obiectis
Scientiarum, ubi plurimae entitates inter se diuersis-
simae, & in genere entis sibi extrinsecae adunantur
unitate ordinis, aut totius collectiui, sine unici fun-
damenti scibilitatis; Tunc enim de quauis re ses-
sim sumpta erit verum dicere quod in genere rei om-
nino est una alteri extrinseca, ac vero in ratione
fundamenti scibilitatis obiectiva scientia, non sunt
sibi extrinseca sed inadaequate constituunt unicum
fundamentum adaequatum scibilitatis, quia licet dif-
ferant, et opponantur (etiam tanquam causa, & effec-
tus) in genere entitatiuo, nihilominus conveniunt in
ratione constituendi illud fundamentum adaequatum
scibilitatis, quod ab Illustrissim. Godoy ponitur unum
unitate collectionis, sicut Populus. Partem dico
entitas Diuina, & creaturae dependentia sibi inuicem
sunt extrinseca in genere rei, in ratione tamen con-
stituendi fundamentum denominationis, & veritatis
illius propositionis contingenti. Deus libere vult et.

non opponuntur, nec unum est extra aliud in tertio
 scilicet in fundam. adequato, licet unum sit extra
 aliud entitatiue, & relatiue ad se, sicut materia
 est extra formam, & forma extra materiam entitati-
 ue inter se, non in ordine ad totum, nam tunc utraq;
 in adaq; constituit. Contra Replicabis Primo: G.
 non est liberum Deo velle creaturas a se dependere, sed
 tantum quod creatura a se dependeat, quod est incide-
 re in sententiam Aureoli, qui omnem determinationem
 Deo intrinsicam, & liberam Deo negauit. & solum assig-
 nauit libertatem in productione externa Dei. Conseq;
 prob: illud solum est formaliter liberum Deo, cuius defectus
 formalis dari potest. Sed in illa intrinsicam denominati-
 one libere volentis sola dependentia extrinseca creatura
 formaliter deficere potest. G. Solum Deus est liber in eo
 quod existat ea extrinseca dependentia, non vero in ha-
 bendo actu volitionis circa illam terminato.

Si dicas: Deum esse liberum in habendo
 suum actum volitionis non entitatiue, sed denominatiue,
 hoc est, non solum est Deus liber in eo quod Deum existit.
 dependentia creatura, sed etiam in eo quod suus actus vo-
 litionis Deum (non quoad suam existentiam absolutam, que
 necessaria est) sed quod Deum, aut existat in esse fundamenti
 denominationis, aut veritatis propositionis contingentiis.

Instas: Deum esse liberum in habendo
 suum actum ut fundantem denominationem, & illum ita
 habere est causa effectiua existentia dependentia crea-
 turae, sed existentia causa non potest, sicut nec ipsa cau-
 sa efficiens involuere, ut in adaequatum constitutum
 suum effectum. G. nec actus liber, ut reduplicatiue dicit
 rationem fundamenti denominationis potest involuere

constitutivè dependentiam creaturae, subindeq. funda-
mentum adaequatum denominationis non constituitur
per dependentiã creaturae in esse fundamenti.

Respondetur solutione data. Ad instantiã
Distinguo maiore. Deum habere actum liberum, ut
fundantem denominationem est causa efficiens, s; ut
fundantem reduplicando rationem formalem causandi,
aut modum existendi exactum ad causam titulo se-
cunditatis: nego maiorem. s; ut fundantem reduplicate
modum existendi causae ex conditione effectus, & exercitiij
vel actionis causae: concedo maiorem, & distingo mino-
rem; neque existentiã causae, nec causa efficiens potest
involvere effectum constitutive: distingo minorem: con-
stituendo rationem formalem causae, aut modum exis-
tendi causae ab illa exactum titulo secunditatis: con-
cedo minorem, constituendo modum existendi causae
exactum titulo actionis vel ex conditione effectus ne-
go minorem, & conseq.

Ratio Iuris distinctionis est; nam licet im-
plicit effectum constituere causam efficientem sui in eis
rationibus in quibus dicit dependentiam ab effectu,
nam dependeret, & non dependeret ab illo, potest tamẽ
causa efficiens aliquem modum existendi habere ex
conditione effectus, vel actionis, ut terminate ad effectum,
qui per se non sit exactus in causa titulo secunditatis,
in quo modo essendi possit inadaequate constitui per
effectum. Et quidem omni causa efficiens dum
agit dicit modum existendi per modum agentis, qui
modus existendi denominative, & per modum funda-
menti veritatis huius propositionis. Causa efficiens
est agens non est exactus ex parte rationis formalis

causandi actionem, nam virtus causa sufficit, et est tota fecunditas à priori respectu actionis, nec est modus existendi exactus pro fecunditate causa, nam sufficienter existit causa pro priori ad actionem, & independenter ab illa. nihilominus talis modus existendi in causa petitur ex conditione actionis dependentis, & nil obstat quod sit modus existendi causa per modum agentis, ut constituitur causa in illo esse, & denominatione per ipsam actionem. Item in principio (quod idem est ad rem) requiritur ex conditione processioneis, & procedentis termini, quod principium sit constitutum in esse distincti à principiati, nihilominus quia non petitur titulo fecunditatis in principio, & ex parte rationis formalis principiandi potest constitui principium in esse distincti complete per aliquod se tenens ex parte principiati, Later enim divinus constituitur in esse distincti à filio complete per paternitatem, quæ specificatur, & constituitur per rationem fundandi, scilicet generationem passivam prout terminatam ad principium. Item gratia habitualis per modum radicis causat habitum fidei, & requiritur gratiam esse constitutam in esse non radicantis visionem beatam, quia tamen hic modus essendi negativus non requiritur, ut conferens fecunditatem, sed ex conditione habitus fidei, potest constitui gratia in illo esse per ipsam fidem quam radicat.

Item gratia habitualis est causa effectiva augmenti actus charitatis, & nihilominus per augmentum actus à se causato saltem sub alio conceptu soliret sub conceptu auxiliantis constituitur in modo essendi exacto ad ipsum augmentum per modum forme sanctificationis.

Item melius in ipsa grâ, quæ est principium dignificationum moraliter actuum charitatis, ut quatuor, vel

vel, ut sex, aut octo &c. hoc pacto: etiam si gratia sit
ut duo: si ponatur actus, ut quatuor, est dignificatiua
usq. ad valorem, ut quatuor, si ponatur actus, ut sex, dig-
nificat actum, ut sex. Ut autem dignificet actum
ut sex requiritur gratiam existere sub modo essendi
dignificatiuam proxime ut sex, Quia de singulari gradi-
bus; ut autem existat in esse taliter dignificatiua re-
quiritur connotatio in gratia respectu gradus intensio-
nis actus, qui est effectus dignificatus, unde intensio
effectus constituit talem statum causae. quia tota ratio formalis
dignificandi ut quatuor, vel ut sex est entitas quae absolute.

¶ 1120 actus liber Dei est summus quoad absolu-
tam suam entitatem causa efficiens dependens a passiva
creatura, modus vero essendi & modum fundamenti deno-
minationis defectibilis; non est modus afferens secundari-
tatem causae, sed est modus requisitus tum ex mutabili-
tate effectus, tum ex independentia actionis diuinae, un-
de non inconuenit quod in adaeq. constituat per depen-
dentiam creaturae, & independentiam actionis, quae
essentialiter constituunt denominationem libertatis de-
fectibiliter Volentis mundi. Si dicat: modus defecti-
biliter existendi debet esse prior a quo in velle libero,
ut causa, dependentia passiva. q. non potest constitui
per dependentiam, nam prius, ut prius non constituitur
per posterius. ars probatur, nam modus ille in causa
est posse impedire libertatis dependentiam, sicut libertas
non est solum posse facere, sed posse non facere effectum.
Respondet 1.º quod posse non facere requirit ad liberum posse facere,
sed non est nary, quod existat pro signo priori a quo in effectus, sufficit
enim q. del. comitant. & ratio est, nam effectus non dependet per se a
posse facere, ut formaliter est posse n. facere, sed ab in adaeq. conceptu
libertatis, qui est posse facere, in hoc enim solo est positus secunditas.

¶ ideo multi sentiunt cum Ribadeneyra motiua retradentia non requirit q. praesitane in n. n.
priori naturae ad actum liberum, sed solum comitant. sed sufficienter pro priora motiua alliuentia cog-
nita, quia sola dei conferunt ad agere, illa vero ad n. agere. Et debet praedere natura ad actum
q. non actiuum est, sed q. actiuum. Secundo Respondet, quod ille modus est prior a quo effectus
nam constituit per actum diuinum extrinseco efficiens in dependentia. esse tamen dependens a dependentia
sicut per modum subiecti mutabilis illam denotant.

Et ideo multi sentiunt ex R. b. a. motiva retrahentia non
 requiri q^d praeexistant in signo priori nãq ad acty libery.
 S^o solum Comitantet; S^o sufficiunt pro priori motiva alienentia
 cognita, q^d sola hęc referunt ad agere, illa vero ad nã agere, et
 nã debet precedere nãq ad acty, q^d nã actus est, S^o actus;

Secundi R. q^d q^d ille modus est prior aq^{ue},
 effectus, nãq stitutus per acty Diviny ex titulo efficienti
 inã pendenti, esse tamen dependet a dependentia passiva
 quasi in genere Cãq^{ue} mãali, nãq stituit per mody subiecti mu-
 tabilis itz denominationy in esse defectibilis.

S^o dicitur ultimo =

Denominatoy itz Libere Volenti in Deo est increata: q^d afor-
 ma in creata: Itz est aeterno: q^d ab aeterno datur: S^o ab
 aeterno nã datur creatura: q^d nã datur, S^o nã est forma.

R. b. a.

Deo denominatoy Libere Volenti mundi est increata ex
 parte subiecti, sicut etiz denominatoy Cogniti a nobis in Deo
 est increata ex parte subiecti, q^d subiecty est increaty: de hoc
 nã potest esse dubiy: Itz denominatoy Libere Volenti est: est
 increata adequate adq^{ue} gnatione propriy generis: hoc est: est
 adequate increata in genere entitativo: inã de q^d vero
 in genere denominativo fundamentalis: et absolute loq^{ue}do
 debet dici increata: Rão huius ultimi est: q^d q^d aliquod
 prz dictay naty est invenire alicui complexio in aliquo genere
 raone alicuius partis, si raone illius invenit, absolute prz-
 dicatur de complexio, quous nã inveniat ratione alterius par-
 tis, ut mortalitay dicta de homine absolute, q^d nã invenit
 raone Animã: et Crispitudo dicta de homine absolute
 et si inveniat tanty raone Capillory Capiti: et simy dicitur
 homo absolute, quous Curvitas, imo a sola Curvitate

nati. Increate naty est uenire raone entis, pro ut dicit or
 dines ad existendy, et propter hanc raone rāo increati n̄ mul
 tiplicatur realiter in Deo; X^a Symboly n̄ tres increati; q̄ n̄
 uenit hoc p̄g dicaty Deo raone relationis, quz n̄ dicit rāo
 propria linea ordines ad existendy. Quare Increate Naty est
 uenire Denomināoni sumptz in genere entitatis, et cum
 in genere entitatis, distinctiuz ade quaty illius secreti sit
 entitay Dei in recto, quz n̄ ingrediatur de notato in genere
 entitatis Creatura, sit ut absolute loquendo illa denomināo
 de beat dīi Increate: Si vero summatur denomināo n̄ in li
 nea entis, s̄ in linea fundamenti illius denomināo, aut
 p̄g dicatōnis stringenti n̄ debet dīi a de q̄ increata, s̄ partim
 creata, partim in creata; partim intrinseca, et partim extrinseca
 Ly extrinseca cu distinctione, extrinseca raone creatuz, quz
 extrinseca entitatis est Deo, s̄ intrinseca, et essentialiter exactay
 ad fundamenty ade quaty denominatōnis flit, aut p̄g dicatō
 nis stringenti.

Ex p̄ hoc in unione magz cu forma, quz absolute
 loquendo est substantialis denomināo: q̄ Ly Substantialis, na
 ty est uenire in genere entitatis, in quo genere actio n̄ stit
 tuit unio, s̄ est obliquy: in genere auty fundandi p̄g dicatō
 nis accidentalis, aut stringenti existit, aut deficit s̄ponit
 illud obliquy in genere entis est stitutum ade q̄ rationis, por
 tandi, et p̄g dicatōnis. Et propterea n̄ seq̄ q̄ actio debeat esse sub
 stantia, q̄ in genere in quo denomināo unioz existit esse, s̄ n̄
 esse substantialis, n̄ est talis actio stitutum.




D.

O.

M.






[Faint, illegible handwriting throughout the page]



Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Upper part of young m.





71

MS

Biblioteca de Santa Cruz

423